

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

**V**nt etenim pene: . Istud est primū  
 metrū huius quarti cuius primū  
 v̄sus dicit metrū alemanicū ab in-  
 uentore dactilicum a pede predominante .  
 Secundus versus dicit metrū archiloicū  
 ab inuentore iambicū a pede predominante  
 in quo metro philosophia ostendit viam  
 per quam peruenit ad cognitionem summi  
 boni & est per considerationem creaturarū  
 que gradatim sunt transcendende quo vsq̄  
 inueniat aliquid q̄ premineat omni crea-  
 ture & istam viam tradit sub similitudine  
 auis volantis . primo ergo tradit viā qua  
 mēs perueniat ad cognitionē summi boni .  
 Secundo ostendit quid mens iudicabit cū  
 illic peruenierit . **Duc te .** **Primo**  
 dicit dixi q̄ affigam pennis mēti tue .  
 Sunt etenim mibi penne volucres id est  
 veloces sc̄z virtus & sapiētia que cōscēdūt  
 id est penetrant celsa id est alta poli . Quas  
 pennis cum mens velox sibi induit id est  
 assumit ipsa perosa id est odio habens ter-  
 ras despicit eas querendo ulterius creato-  
 rem & mens superat globum id est sphericū  
 corpus immēsi aeris cognoscendo q̄ ultra  
 aerem est creator . Nubes videt post tergū  
 quia ultra nubes querit cognitionē summi  
 boni & transcendit verticem id est summi-  
 tatem ignis qui ignis calet ex agili id est  
 veloci motu etheris id est celi & ulterius  
 procedit mens inuestigando donec surgat  
 id est eleuet̄ in domos astriferas id est in  
 orbem planetarum & cōiungat vias suas  
 p̄hebo id est soli inuestigando q̄ sol non ē  
 deus donec comitet̄ iter gelidi semis id est  
 saturni qui est supra solem . mens inquam  
 existēs miles choruscī sideris id est dei qui  
 est splendidum sydus & ulterius ascendit  
 supra orbem planetarum donec percurrat  
 id est pertransseat circulum astri id est celū  
 stellatum quo sc̄z astro p̄ngit̄ id est ornat̄  
 micās nox quia nox stellis firmamēti illu-  
 minat̄ vbi id est postquam satis fuerit ex-  
 haustum id est speculatione euacuatum q̄  
 nulla stellarum est deus . mens ulterius  
 transcendit donec relinquat extremum poli  
 id est vltimum celum & premat dorsa ve-

locis etheris id est firmamenti mens dico  
 compos reuerendi luminis sc̄z dei . **Dic** su-  
 pra vltimum polum dominus regum tenet  
 sceptrum id est imperium & tempat id est  
 moderat̄ habenas id est regimina orbis &  
 manens stabilis in se regit volucem id est  
 velocem currum id est circularem motum  
 corporum celestium deus existēs choruscū  
 arbiter id est splendidus iudex rerum .  
**¶** Notandum q̄ dicit ignem calere motu  
 celi ex quo videt̄ q̄ calor non fit propria  
 & per se qualitas ignis cum sibi debeat̄  
 per motum celi . sed dicendum q̄ locus nō  
 solpm est causa cōseruatiua locati sed om-  
 nium accidentium naturaliter consequen-  
 tium . vnde quia celum est locus ignis nō  
 solum est causa ipsius ignis sed etiā ipi  
 caloris ignem consequentis & quia ppria  
 dispositio celi secundum quam habet calis-  
 ditatem super omnia est motus eius . ideo  
 dicit ignem calere motu celi non excludēs  
 per hoc quā calor fit per se qualitas ignis  
**¶** Notandū q̄ saturnū vocat gelidū senē  
 non q̄ sit gelidus formaliter sed effectiue  
 Est em̄ effectiuus gelū & frigoris & dicit̄  
 senex quia motus eius tardus est ad mo-  
 dum senis nam cursum suum cōplet pluri  
 tempore q̄ sol vel q̄ luna .  
**¶ Duc te si reducem .** **Dic** ostendit philoso-  
 phia quid mens iudicabit cum transcēdit  
 creaturas & peruenit in cognitionem dei  
 dicens . **o** mens si via ducat te reducem id  
 est reuertentem a temporalibus huc id est  
 ad cognitionem dei . **Quam** viam nunc in-  
 memor requiris . **Tunc** dices . **Ego** me-  
 mimi que obnubilata fui affectu temporalium  
 hic sc̄z in contemplatione dei ē mibi  
 patria hinc sc̄z a deo est ortus meus quia  
 ad eius imaginē creata hic sum id est in cō-  
 templatione dei figam gradum id est ponā  
 finalem quietem . **Quod** si placeat tibi ex-  
 istenti in cognitione dei visere id est cum  
 desiderio videre noctem terrarum relictā  
 tu cernes id est videbis toruos tirannos id  
 est crudeles principes quos miseri populi  
 timent illos toruos esse exules a vera pa-  
 tria sua **¶** Notandum secundum apostolū